



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

659.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

nuratas ) Ecclesiæ implerunt , Regnum literis & morum præstantia  
 flœrunt. Sed anno Seinlié , simulachrorum sacrifici in Tunceu , magna  
 vi linguas in transuersum egerunt ad opprimendam calumniis , & con-  
 uitii legem Christianam & anno Sientien exeunte graues in Sicao , in-  
 iurias fidei intulerunt. Erat tunc Scelohan ( Ioannes ) Sacerdotum  
 antistes , & Chiehie quidam , & alij ex regione aurea nobiles , Sac-  
 cedotes altissimi , & à caducorum cupiditate alieni. Hi rete simul refu-  
 mere , rupta fila nodis adstringere , soluta retexere , illudque demo-  
 mittere ( hoc est Euangelij prædicationem instaurare , vexatione duplice  
 interceptam ) indixit magnanimus Hiuenzuncitao Imperator , Princi-  
 pibus quinque ut stationi felici ( Ecclesiæ ) per se præsentes se sus-  
 tent , & repararent altaria ; sic restituta est in sedem columnæ , ( Chi-  
 stianæ legis ) cùm aliquamdiu prostrata iacuisset , erectaque in altum  
 firmiter , caput glorioſius extulit. Sub initium anni Tienpao iussus est  
 Caolielu , veras Imperatorum quinque effigies ( ex prosapia Tam , quo-  
 rum erat Hiuen numerò sextus ) in Ecclesia collocare , quibus illumi-  
 nata est ut sole terra , & quod celebrius id perageretur , solidos centum  
 ex serico pannos Ecclesiæ offerre. Quanquam præsens non adit dra-  
 conis barba adsumt eius arcus , & gladij. ( Videtur inuere , imaginibus  
 Regum solis , quorum est tesseratum scutum Draco , abunde inesse  
 ad defensionem , quantumuis ij absint. Anno tertio Tienpao , Sac-  
 dos Chieho stellarum ductu in Regno Tacii ( Iudeæ ) ad nascentem so-  
 lem ( versus Orientem ) in Sinas iter instituit , cōque peruenit. Mandauit  
 Imperator Sacerdotibus Lohan , & Pulun ( Ioanni , & Paulo )  
 septémque aliis , & sublimi virtute Chieho , ut in Himchin , locum  
 palatij regij conuenirent ad ritus suos obeundos. Pendebant illicet in  
 tabulis draconis literæ ( Imperatoris verba in fidei commendationem )  
 pretiosæ , purpureo , & cœruleo digestæ , stylus Regius ( rescriptum  
 regium ) areæ spatiū implebat , splendebarique ex loco edito instar  
 solis. Tantum beneficium , ac donum æquat altitudinem montium ad  
 austrum ( incertum quos montes intelligat ) & profundum Orientalis  
 Oceani. Nihil dicta lex quod non sit factu dignum ; nec potest iustos  
 qui eam obseruer , eāmque obseruando glorioſam memoriam assegu-  
 tur. Imperator Sozum infistens vestigiis , extrui præcepit Ecclesiæ il-  
 lustris legis ( Christianæ ) in Limuu , & quinque aliis viribus. Felicem  
 exigit etatem eiisque opera in glorioſis numerantur. Taizun Im-  
 perator prosperitatem in sua tempora renexit , & placida pace rexit im-  
 perium. Natali quolibet ( Regis , an Christi ignoratur ) mittebat odoru-  
 rum cœlestium ingentem copiam , ad renouandam memoriam magnorum  
 opertum , & cunctis illustribus ( Christianæ legis ) ut honoraret illos  
 prolixius , sustentationem assignabat ( de mensa sua cibos ) ita res habet ,  
 & cum cœli natura corporatur sanctus ( Rex cœlum imitatur ) utque  
 cœlum producit omnia , & largè dispensat , simili modo Rex in suorum  
 sustentationem. Nostro aeo Chiençium , modis octo claros & obſcu-

Cœpit re-  
gnare 719.

Anno 757.

Anno 764.

Anno 781.